



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

Oratio Alexandri ad trecentos milites:

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

νομιλῆρε ἐκείνην τὰ πᾶσι δὲ τῶν ἡρώων.

VI. Es ipſi adſcitur ingens celum neceſſitas, qua rerum ſuarum extremam calamitatem tam graui, & morata oratione exponit, ut ferreos animos poſſit emollire.

VII. Poſtremò inferitur obſecratio grauiſ, & incenſa. Quod autem hic habet de aeterno igne, explicat Curtius lib. 3. Ignis quem ipſi ſacrum & aeternum vocant, argenteo altari- bus præſerebatur.

ALEXANDRI ORATIO

Ad trecentos milites.

Argumentum.

In Sogdianis petra erat expugnata difficillima, patebat enim in altitudinem ſtadia 30. in orbem verò 150. vnde quaque ardua, & prærupta, ne callibus quidem vllis peruia. Vnus qui ad cacumen ducebat aditus, & anguſtus limes, ab hoſtibus tenebatur. Inſederant enim petram triginta hominum millia. Alexander aduerſus impedimenta omnia natura, & artificij entens, ne huic quidem difficultati cedere voluit, & quoniam viſ non valuiſſet, dolo ſtatuit aggredi. Hoc igitur commentus eſt ad eludendos hoſtes ſtratagema. Negorium dat ducibus, ut trecentos expeditos iuuenes conquirant exercitata pernicitatis, qui rem pecuariam in montibus exercuerint, ac proinde aſſueuerint in præcipitijs, & locis deuſijs inſiſtere: his terrorem incutere hoſtibus parabat. Qui ut conuenerunt, hac oratione quid fieri velit, exponit. Rationem illis ad cacumen perueniendi aperit, hortatur ut ſtrenuè rem aggrediantur, & aduerſus omnes difficultates lucentur: denique addit animos propoſiti præmijs ampliffimis, itaque illos dimittit.

Hortatio ad rem ardua. Ex Q. Curtio. Alexandri labora.

Candor ſignum ſuis. etiam.

Vobiscum (inquit) ô iuuenes, & mei æquales, vrbium inuictarum ante munimenta ſuperavi, montium iuga perenni niue obruta emenſus ſum; anguſtias Ciliciæ intraui, Indiæ ſine latitudine frigoris vim perpeſſus ſum, & mei documenta vobis dedi, & veſtra habeo. Petra, quam videtis, vnum aditum habet, quem barbari obſident, cætera negligunt. Nullæ vigiliæ ſunt, niſi quæ caſtra noſtra ſpectant. Inuenietis viã, ſi ſolenter rimati fueritis aditus ferentes ad cacumen. Nihil tam aliè natura conſtituit, quod virtus non poſſit anis. Experiendo, quæ ceteri deſperauerunt, habemus Aſiam in potestate. Euadite in cacumen: quod cum ceperi-

tis, candidis velis mihi ſignum dabit: ego ceperis admotis hoſtem in vos à nobis conuertam. Præmium erit ei, qui primus occupauerit verticem, talenta decem; vno minus accipiet, qui proximus ei venerit, eademque ad decem homines ſeruabitur portio. Cæterum habeo vos non tam liberalitatem iſtueri meam, quam voluntatem.

I. Exordium à rebus antea geſtis efficaciffimum, O paſſi grauiora.

II. Propoſitio rei, in qua calido artificio pericula diſſimulantur. & facilitate rei alioque difficilis adumbratur.

III. Hortatio efficaciſ cum præmijs lenocinis.

GER-